



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXIX. Markgraf Johann vereignet der Kirche zu Rokkenthin zwei Hufen bei Deutsch-Chüden, am 12. Juli 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

bitur expedire. Interposita est hec appellatio Anno Domini MCCCXV., feria quinta proxima ante Palmas, Profecuturus appellationem premissam, ut debeo, per memet ipsum vel per sufficientem procuratorem constituendum ad omnium, quemadmodum edocentur, canonum instituta. Cui appellationi ex causis superius expressis et maxime, quod ea non sunt vera, que in appellatione continentur, non duxi salva cum debita reverentia sedis apostolice deferendum, et quod predictus Fredericus presbyter petebat cum instantia apostolos sibi dari, Has literas sigillo meo sigillatas pro apostolis refutatoriis sibi dedi. Actum et Datum in Saltwedele, Anno Domini MCCCXV., III. Non. Aprilis.

Nach Lenz Br. Urk. 923.

LXIX. Markgraf Johann verzeiget der Kirche zu Rokenthin zwei Hufen bei Deutsch-Chüden, am 12. Juli 1315.

Noverint universi, ad quos prefens scriptum peruenerit, quod Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, propter diuini nominis cultum ampliandum liberos damus duos mansos sitos in villa Chüden, ad dotem ecclesie in Rokenthin pertinentes, ab omni contributione, precaria, nec non a qualibet seruitii exhibitione et ab onere qualicunque, dantes has literas nostras sigillatas nostro sigillo in testimonium hujus facti. Actum Soltwedel, anno domini M^o. CCC^o. quinto decimo, Vigilia beate Margarethe virginis.

Auscultata est prefens copia per me Johannem Wulff, Clericum Verdenensis Diocesis, publicum sacra imperiali auctoritate notarium, et concordat cum suo vero originali sigillato, quod attestor propria manu mea.

Gercken's Fragm. I, 59 ex orig. Lenz Br. Urk. 996. Beckmann's Besch. a. a. D. Sp. 119.

LXX. Markgraf Johann und Herzogin Anna von Breslau vereinigen die Alt- und Neustadt Saltwedel wegen etlicher Streitpunkte, am 13. Juli 1315.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et lusacie marchio, nec non Anna, eadem gratia ducissa Wratislaviensis, Recognoscimus per presentes, Quod dissensionem inter Ciuitates nostras Antiquam et nouam Saltwedel pro tempore habitam reformauimus in hunc modum, statuentes et volentes, Quod antiqua ciuitas tercia feria forum optineat, sicut ante, noua vero ciuitas dominica die ebdomadale forum habeat in vendendis singulis et emendis, et volumus vt neutra Ciuitas alteram in foro impediat, sed promoneat diligenter. Si vero aliquis burgenfis uel aduena die forensi forum Ciuitatis alterius impederit, ita quod duobus uel tribus testibus uinci possit, illum aduocatus impignorabit pro tribus marcis denariorum, de quibus nobis cedent due, ciuitati cui sit iniuria cedet vna: et utraque ciuitas suum habebit consilium speciale, sed vnus erit iudex, qui vna sexta feria in vna ciuitate et altera in ciuitate altera iudicabit. Ceterum profitemur,